

infundere penitentiam quā vix alij diutur
no longi temporis exercitio consequuntur:
quem admodum vidi latroni Sed d. cov
bis. Non cōgregabo conuēticu. rē. id est nō
magnas salum magnitudines congrega
bo. nam in omni scriptura canonica vnum
tū inuenies extrema penitencia saluatur. et
hoc hora dominice passionis. quando nō in
ueniebatur tanta fides in israel. Hi sunt er
go qui a deo misericorditer vocati venire cō
temnunt et diuersis se occasionibus subdu
centes. Ex quorum temeritate et presumpti
one dominus motus iurauit in ira sua. quia
non intrabunt in requiem suam: dicens lu
ce. xij. Amen dico vobis q̄ nemo virorum
illozum qui vocati sunt gustabunt cenā me
am. A quo iuramento rē.

XXXII. De eodem sermo scōus.

Qecidit sors su
per mathiam vt sup̄. Dicit
salem: non ex persona dei. Be
atus homo qui audit me: et q̄
vigilat ad fores meas quondie et obfuar ad
postes ostij mei. **I**n quibus verbis
scōdo loco positus inuissima vis et subtilis
sima describitur dei commōnētis nos et sor
tem cōmōnitionis sue super nos pronūciātis
obseruatio: quod in his tribus verbis scilicet
audit vigilat obseruat lucide declarat. qui
enim hos tres custodes ad ostiū cordis sui
posuerit: scilicet audiētiā vigilantiam et
obseruantiam: q̄ntumcūq̄ fuerit venerit
non poterit ignorare. De qua diligenti cu
stodia dicit Bernardus. Deus veniens ad
nos non facile obseruatur vnde veniat et q̄
vadat. et istud forte sine damno salutis ne
scire licet. ceterum quando veniat aut quan
do vadat id plane periculosissime ignoratur
Cum enim hec circa nos dispensatorie sancti
spiritus vicissitudines vigilauntissime non
obseruantur. fit vt nec absentem desideras
nec presentem glorifices. Nempe qui idcir
co recedit vt audius queratur. quo nā mo
do si abesse nescitur requirit? et qui dignan
ter ad hoc redit vt cōsolatur qualiter digne
pro sua maiestate suscipit si nec adesse senti
tur: binc est q̄ bi qui sortem vocantis dei

contempserūt. ideo damnandi sunt. q̄ nec
presentiam nec absentiam eius curauerunt
propter quem contemptum cenam domini
vt iurauit non gustabunt: auertens se ab il
lis tanq̄ reprobatis et conuertens se ad ele
ctos: sortem suocacionis pronūciens super
illos qui pulsantem vt audierint inromie
runt. Sicq̄ pringit vt de vno eodemq̄ dul
cissimo manate alq̄ reficiantur alij in durā
tur alij strangulentur et alij emundentur. si
cut de sole vno et eodem alie res mollescunt
vt cera: et alie indurescunt ut lutum. Sicut
igitur iam pulsans a reprobis non auditur
sic et ipsi pulsantes similiter nō audiuntur
dicetq̄ eis. Amen dico vobis: nescio vos.
Intromissus autem ab electis statim i me
dio terre salutem incipit operari: vt fiat qd̄
scriptum est Ecce. In distributione sortis
da et accipe: hoc est da p̄sentem et accipe gra
tiam. Nam ex gratia adiuuante et consensu
nostro inclināte perficitur salus nostra. hoc
est quod dicitur Apoca. Ego sto ad ostium
et pulso. si quis mihi aperuerit: intrabo et ce
nabo cum eo. **I**n quibus verbis
predicta duo tanguntur: scilicet grana pul
satis et conse. sus aperiens. Cū ergo occur
rimus deo siue sortem mittenti siue pulsanti
quod vnum est. dantes sibi consensu: no
strum et dicentes cum psal. Iuravi et statui
custodire iudicia iusticie tue de sine medio
intrat in hospiciū cordis nostra habitans
per fidem in cordibus nostris. iuxta illud sa
pientie. vij. Intraui in domum meam con
quiescam cum illa scilicet anima tanq̄ cu
sponsa. et sequitur. Non enim habet amari
tudinem conuersatio illius: nec tristitia cō
uictus illius sed leticiam et gaudium. licet ra
men omnes equaliter id est equali gratia nō
inhabitaret. An videtur tibi equaliter inesse ei
qui dicebat. Si venerit ad me non videbo
eum. si abierit nō intelligam. iob. ix. et ei qui
dixit. Cum inlaxero tibi ex omni me nūq̄
erit mihi dolor et labor et viua erit anima mea
tota plena te. An videtur tibi equaliter id ē
equali gratia inesse ei quem per solam fidem
inhabitaret. et ei qui dixit Bern. Quum et ef
ficax est verbum dei: mox vt inuis venit et
pergescit dormitantem animam meam cepit

etellere et destruere edificare et plantare et
 unde sicut iesus christus primus natus posi-
 tus est in presepio panielis inuolutus. sic
 primus spiritualiter natus in nobis habetur
 quasi quodammodo inuolutus. et hoc figura-
 tum legimus in euangelio: ubi dicitur. quod ali-
 quando oculte erat in templo. aliquando autem ma-
 nifeste. unde bernardus de eius inuolutione sic di-
 citur. Cor in pectore. anima in corde. mens in
 anima. fides in mente. christus in fide. Hoc
 autem deum in presepio cordis nostri inuolu-
 tum: quando per fidem habitat in nobis et nul-
 la adhuc incalente deuotione sentit. Cum
 autem homo bonis operibus et virtutibus diu ex-
 ercitatus interdum sentit in corde suo vel
 mentem ignem caritatis: quam alijs vicis ne-
 quaquam sentit: tunc dicitur habitare in cordibus
 nostris non solum per fidem inuolutus sed per
 sensibilem gratiam quasi denudatus. De hac
 duplici habitatione dicit bernardus. Deus et si
 iustus non desit ad meritum: plerumque tamen
 absit ad solacium. illud vtilius. illud autem
 iocundius habetur: itaque et latet dum sensum
 cordis minime tangit illa suavis habitatio
 abdit. **¶** Deus ergo per consensus
 inclinationem inromissus in animam nostram
 ambulando: id est perficiendo in nobis quin-
 que passibus tanquam quinque profectibus nos pro-
 mouet usque ad perfectum proficiens vitam nostram
 primo enim conscientiam purificat peniten-
 tiam infundendo. secundo mentem fortificat resi-
 stentiam conferendo. tertio bona opera multi-
 plicat nobiscum efficaciter operando. quarto
 virtutes edificat animam: decorando. quinto
 nos sanctificat deuotionem nostram diuini-
 tatis aspirando: et in his quinque profectibus
 nostra. **¶** Primo dico conscientiam purifi-
 cat a peccatis sedis penitentiam infundendo:
 eo quod nulla conuenientia nec commensio potest
 esse lucis ad tenebras. nam que communica-
 tio diuine maiestatis et iniquitatis? Sed
 statim ut ingressus fuerit per radios sue veri-
 tatis impingit in tenebras: dissoluens et dis-
 sipans in momento in ictu oculi quicquid in-
 tenebris feditatis. quod sic contingit. Nam per
 lumen sue penitentiae non potest anima mala que
 commisit ignorare: sed statim ut cognita fue-
 rint displicent vehementer. que autem displicent

cent penitet commisisse. **¶** Et dei ergo presentia
 surgit anime cognitio. et cognitione autem proce-
 dit displicentia. et illa vero surgit penitentia
 ad quam ut ait Crisostomus sine omni interuallo sequi-
 tur indulgentia peccatorum. Non enim contine-
 te se poterit illa benigna dulcedo et dulcis be-
 nignitas: que est in visceribus misericordie dei
 nostri: cum ex corde nos penitere et dolere cog-
 noscat: sed ad gemitum offensam in se commis-
 sam misericorditer indulget. Sed quid
 prodest penitere de culpa si non detur gratia
 a modo committendi? **¶** Lau pe. les meos ait il-
 la in Can. quomodo iterum inquinabo illos?
¶ Secundo ergo fortificat mentem resisten-
 tiam conferendo. quid enim prodesset prima
 gratia scilicet remissio peccatorum: si non sur-
 rogatur virtus et gratia continendi. fieret si-
 ne dubio nouissimus error peior prior: et re-
 cedenti semper aliquid peius fieret quam iacenti. Et
 quia hec gratia ex parte a nobis est vixideli-
 cet omnem occasionem recedendi penitus sub-
 trahamus. ideo consulitur nobis Eccles. x.
¶ Si spiritus preterem habentis ascenderit su-
 per te locum tuum ne dimiseris. ac si dicat. Si
 temptatio valida te inuasit. sta in timore
 ne consenseris eligens magis vix quam mori.
¶ Efficacior autem et cautior resistentia hec est:
 ut cuiuslibet impugnationi in principio resi-
 stamus vixidiam impugnantiam dicere nobis
 possint ex persona peribulitiorum illud. i. Reg.
¶ Quod melius poterit placare deum suum quam
 in capitibus nostris. Quia vicia in modum
 spirituum se habent: qui vixidiam caput im-
 miserit facillime subsequitur totum corpus. v. u.
 de poeta. Principijs obsta. sero medicina
 paratur. Cum mala per longas conualuere
 moras: quod valde sedum est et indecens coram
 deo: si quis per gratiam a peccatis iam munda-
 tus ad eadem iam redeat iterum se deformans
 propter quod tales duobus immundissimis re-
 bus compantur: scilicet cani reuertenti ad vo-
 mitum et sui luto in volutabro. **¶** Dicitur puer-
 xvi. dicit. Sicut canis qui reuertitur ad vo-
 mitum sic imprudens qui iterat stultitiam suam
¶ Item. ij. De. ij. Contingit autem eis illud ve-
 ri puerbii. Canis reuersus ad vomitum suum
 et sus lora in volutabro luti. hinc Bernardus
¶ Si dixerit mihi iesus dimittuntur tibi pec-

tata tua: nisi ego peccare desiero quid pro-
 derit? Erui tunicam meam si reinduo eam
 quantum profici? sordens omni genere vici-
 orum diu iacui in luto fecis. Sed erit sine
 dubio recidens quod iacens deterius. denique
 qui me sanum fecit ipse mihi dixisse reco-
 dor. Ecce sanus factus es. vade iam amplius
 noli peccare ne deterius aliquid tibi contingat.
P **T**ertio deus habitans in corde bona
 nostra multiplicat nobiscum coopando. nam
 si soli nos ipsa fecerimus nihil nobis prode-
 runt ad salutem: sed valor et acceptabilitas
 eorum ex coopante spiritu estimatur. qui vi-
 delicet spiritus ut grata sint deo patri: for-
 mat ipse eadem opera nostra ad exemplar ope-
 rum domini nostri iesu christi. Opera autem
 christi quinque signis perfectissima compro-
 batur: in quibus quantum ipsum imitabimur. in
 tantum erunt etiam perfecta opera nostra. Ha-
 bebant enim opera iesu christi difficultatem.
 promptam voluntatem. feruentem caritatem.
 et perseverantem longanimitatem: omnia non
 ad sua sed ad nostra faciens utilitate. Nam
 de primo scilicet operum difficultate dicitur
Mat. Cepit iesus pauere et tedere et mestus
 esse in agonia dei. Tristis est anima mea usque
 ad mortem. **T**erz Joban. Factus est sudor
 eius velut gutte sanguis decurrentis in ter-
 ram. quod reuera ex difficultate preconcepte
 mortis factum fuit et ex imaginatione crudelis-
 sime passionis. **S**ecundo ex promptissima vo-
 luntate fecit opera sua **L**u. xxij. Desiderio de-
 sideravi hoc pascha manducare vobiscum. **T**erz
Hebre. xij. Per patientiam curramus ad pro-
 politum nobis certamen inspicientes in au-
 ctorem fidei et consummatorem iesum. qui pro-
 posito sibi gaudio suscipit crucem confusione
 contempta. **T**ertia ex maxima caritate fecit
 opera sua dicens **J**ob Maiorem caritatem ne-
 mo habet ut animam suam ponat quis pro ami-
 cis suis. **Q**uarto in perfectissima perseverantia
 opera domini sunt completa. Unde emittens
 spiritum dixit. Consummatum est. **Q**uinto
 in omnibus his opabatur non quod sibi utile
 fuit: sed quod nobis. nihil enim ex omnibus
 que opabatur sibi accreuit: sed nostra in om-
 nibus promouit utilitatem. **I**n his quinque do-

minus iesus existens in hoc mundo opera
 sua perfecit et compleuit. **I**n eisdem enim ipsis
 iesu in minori mundo. id est in nobis existens
 ad exemplar prioris operum spiritualiter opera-
 tur. nisi obstacula ponendo sanctorum spiritus resi-
 stamus. quod ne faciamus dicit nobis deus. **E**x
 odi. Inspice et fac sim exemplar quod tibi mon-
 stratum est etc. et illud **J**udicij. vij. Quod me
 videtis facere omnes facite. **S**i ergo volumus
 efficaciter operari. operemur difficultata et cum
 hoc sint voluntaria et feruida cum perseverantia
 et in his omnibus non nostra sed dei quamuis
 gloriam: et sic efficaciter operamur. **Q**uarto
 deus habitans in nobis vltimum pro-
 greditur. plantans et edificans in nobis vir-
 tutes. nihil enim omnia predicta placerent
 deo si non essent virtutibus adornata. sic enim
 dicit **Bern.** Deus qui dominus virtutum dicitur
 nequaquam thalamum mentis ingreditur si non
 fuerit lectulus conscientie virtutibus adorna-
 tus et subiungit. Quantumlibet te afflictes
 quantumlibet te crucies: non sui copiam tibi
 tribuit nisi fueris virtutibus decoratus.
Suppositis autem virtutibus theologis: scilicet
 fide. spe et caritate que omni homini sunt
 necessarie ad salutem sine quibus impossibi-
 le est placere deo. **S**tudendum est alijs vir-
 tibus que ad spiritus sancti mansionem in nobis
 pre ceteris deo placent: scilicet nosmetipsos
 iudicare. misericordiam amare. sollicite am-
 bulare. et he sunt virtutes de quibus dicitur
Sichelx. vi. **I**ndicabo tibi homo quid sit tibi
 bonus et quid dominus requirat a te. **U**nique fa-
 cere iudicium et diligere misericordiam: et soli-
 citum ambulare cum domino deo tuo. **P**rimo ex-
 hibendum est nobis. secundum proximo. tertium
 deo. **R** **Q**ui autem in se in proximo et in
 deo facit quod debet. hic perfectus est vir et
 beatus erit in factis suis. **P**rimo ergo instau-
 remus iudicium contra nosmetipsos de om-
 nibus cogitationibus. affectionibus. locutioni-
 bus et operationibus nos subtilissime diudi-
 cantes. nec aliquid istorum nos transeat quod
 non discutatur et diudicetur. et si quid in-
 uentum fuerit quod non liceat. de ceare vel ex-
 pediat: puniatur et in reliquum caueat. **T**er-
 ce. iudicium supra modum placet et placet

teum et preparat locum domino. ps. testan-
te qui dicit. **I**usticia et iudicium preparatio
sedis tue. **Bern.** Diligit deus animas. que
in conspectu eius sine intermissione sine dis-
simulatione diiudicat semetipsam. id est iu-
diciam non nisi propter nos a nobis erigit.
deus. quia si nosmetipsos diiudicauerimus
non vobis iudicabimur. quod dominus monere
studuit cum dixit. **Cum** feceritis que prece-
pta sunt vobis. dicite. serui inuiles sumus
quod debuimus facere fecimus. **Secundo** ha-
beamus misericordiam ad proximos. omnia
eorum facta misericorditer iudicantes bona
eorum facta magnificantes et mala fideliter
excusantes. **hinc Bern.** Late serue dei alie-
ne conuersationis esse. aut curiosus explora-
tor. aut temerarius iudex. etiam si perperam
actum reprehendens. nec sic iudices proxi-
mum magis aures excusa intentione si opus
non potes. puta ignorantiam. puta casum.
puta surreptionem. et si omnino omnino dissi-
mulationem rei certitudo recusat. suade ni-
hilominus tibi et dicit apud te. **Vel** xmes
nimis fuit ista temptatio. quid de me illa se-
cisset si accepisset in me similiter potestatem?
Tertio ambulandum est sollicitate coram deo
qui tanta sollicitudine nos et omnia opera no-
stra intuetur. ut etiam dinumeret gressus no-
stros. **Job.** Tu quidem gressus meos dinu-
merasti. et illud ps. Omnes vias meas pre-
uidisti. **Qua** sollicitudinem competenter co-
ram deo gerimus. si omni cautela et omni di-
ligentia caueamus displicentiam et placen-
tiam ingeramus. **Secundo** quinto deus ha-
bitans in nobis omnem vitam nostram san-
ctificat interiora nostra diuinitus inspirans
quod contingit cum per priora exercitia
bene humilitati. dispositi et preparati senti-
mus in nobis flagrantem ignem caritatis.
qui ex superabundanti copia omnium gra-
tiarum in nobis conflatur copiosas benedi-
ctiones secum ferens. sic enim dicitur gene-
si. et persona dei venientis ad animam. **Uo-**
dicum habuisti antequam venirem ad te. nunc
autem benedixit tibi deus ad introitum me-
dium. **hinc deuter.** Ipse venit plenus bene-
dictionibus. nam per inhabitantem deum in

cordibus nostris. dicitur nobis iterum deu-
tero. **Benedictus** eris ingrediens et egredi-
ens. benedictusque tibi dominus in cunctis opi-
bus tuis. **Ex** his benedictionibus tamen tres
breuiter nominemus. **Veniens** enim deus
ad animas tres benedictiones pre ceteris se-
cum fert. scilicet benedictionem mutationis
augmentationis et sanctificationis. **Primo**
dico auferit secum benedictionem mutatio-
nis. mutans maledictionem veteris homi-
nis in benedictionem. nam antequam dominus
veniret ad nos subiucimus maledictioni
illi qua dicitur. **Maledicti** qui declinant a
mandatis tuis. et illi qua dicitur. **Maledi-**
ctus qui seruit indignis se. et quia fuit inuis
incipio corporis nostri. quod reuera indi-
gnus et ignobilis est quod nos. et persequens
dyabolo et peccato. de quo dicitur. **Qui** facit
peccatum seruus est peccati. ideo ex his omni-
bus fuimus maledicti. et hec maledictio com-
mutata est in benedictionem ex cuius virtu-
te omnia nobis modo cooperantur in bonum.
Secundo apporat secum benedictionem au-
gmentationis. cumulas super nos incremen-
ta meritorum. et dicens nobis illud **Gene.**
Benedixit deus illis et ait. **Crescite** et multi-
plicamini et replete terram. at si benedictio
nobis dicat. **Crescite** in meritis et replete ter-
ram corporis vestri virtutes et merita cumu-
lantes. **Tertio** benedicit nobis benedictione
sanctificationis. quia ex eius in habitatione
interius et extra per omnia sanctificamur. de qua
dicit **Psalmista.** **Hic** accipiet benedictio-
nem a domino et misericordiam a deo salu-
tari suo. **Hoc** totum operante in nobis do-
mino iesu christo etc.

XXXIII. De sancto Gregorio.

Negociamini dum
venio. **¶** **Dicit** bernardus.
Secure negociabor precipiente domino meo.
Non enim paruum mihi fiducie robur pre-
stat. quod ille summus imperator factus est ne-
gociator meus et negocium meum sine ocio
egit quod diu fuit in terris. **Quia** gloriosus iste
princeps beatus gregorius inter supremos
negociatores fidelis et prudens extitit nego-